



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorvm Regvlarivm Ordinis S. Avgvstini Origines ac  
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,  
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Nomina Monasteriorvm, quorum Abbates ad sinistrum latus sedent in  
comitijs solemnibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11321**

## 44 ORIG. CANON. REGVL.

Monasterium S.Ioannis Baptist.in Valentiana Hannoniæ vrbe, quod monasticæ huius suæ institutionis originem traxit à monasterio S.Crispini in Cauæ apud Sueßiones, anno 1112.

Bartholomæi monasterium Brugense, quod Latinè Quercetum, Flandricè Oechoudt nuncupant; quòd monasticæ huius suæ institutionis originē habuit à monasterio S.Marcii siue S.Nicolai in pratis, iuxta Tornacum, anno 1050.

Bethleemeticum monasterium in Alemania.

S.Patritij monasterium in Hibernia. fuit illud, vt arbitror, olim situm in primaria urbe Dubliniæ. Constat enim ex Actis S.Laurentij Archiepiscopi Dubliniensis, ipsum Canonicos seculares in Canonicos regulares Aroasiensis Ordinis transformasse. Vide Surium 14. Nouemb. Tom.6.

*NOMINA MONASTERIORVM,  
quorum Abbates ad sinistrum latus sedent in  
comitijs solemnibus.*

Monasterium S.Mariæ à Nemore, nunc Guisseauilla, aut Riuouilla, fundatum à Dominis seu Toparchis Creciacensibus, cuius Abbas dicebatur Prior, vt loquuntur, Congregationis Aroasiensis.

Monasterium S.Crispini in Cauæ apud Sueßiones.

Mona-

Monasterium S. Vulmari Bononiense,  
in Gallia, ab Henrico VIII. Anglie Rege di-  
rutum.

Monasterium S. Leodegarij apud Sueſſio-  
nes.

S. Amandi monasterium Mareolense, apud  
apud Atrebatur, à S. Bertilia virginie fundatū.

Monaſterium à Claro Fageto.

SS. Petri & Pauli monasterium Varnestu-  
nenſe, vulgo VVarneston.

Castellionense monasterium, quod ori-  
ginem habet à monasterio B. Mariæ in Ne-  
more.

Monaſteriorum à Dodellieuilla, seu Do-  
deuilla.

Monaſterium S. Mariæ à Sagano in Silesia,  
& dioceſi Vratislauensi ; cuius monaſterij  
Abbas Alardus VIII. Kalen. Maij defunctus  
notatur, in Catalogo ſeu libro defunctorum  
monaſterij Aroasiensis.

Monaſterium S. Christophori Fanopi-  
neneſe, ſeu Falenpineneſe fundatum ann. 1039.  
apud Infulas Flandriæ vrbem.

Monaſterium S. Mariæ & S. Huberti in  
atrio in Vosago, aliàs ab Alteriaco.

Monaſterium Dulcis Vallis, iuxta Mid-  
delburgum Flandriæ oppidum, quod Meye-  
rus an. 1215. vult conditum, ſumptis initijſ in-  
ſtitutionis ex Brugensi S. Bartholomæi mo-  
naſterio.

Diru-

Dirutum est autem anno 1578. per tumultus bellicos.

Atque in hoc quidem Catalogo , non nisi sex & viginti monasteria, præter Aroasiense, recensentur; cùm alij tamen velint octo & viginti monasteria Aroasiensem Abbatem agnouisse.

**IACOBI VITRIACI CARDINALIS**  
*testimonium de Canonicis Regularibus*  
*congregationis Aroasianis.*

SUNT alij regulares Canonici, qui *de Aroasiensi* nuncupantur ; eo quòd prima huius institutionis Abbatia, quæ caput est omnium aliarum, sic vocetur, in diœcesi Atrebatenſi sita. Hi siquidem fundamentum regulæ B. Augustini retinentes, vt carnem suam cum vitijs & concupiscentijs arctius crucifigerent, carnes à refectorio suo subtraxerunt. Camisijs insuper non vtuntur , sed cùm tunicis laneis nocte in dormitorio suo quiescunt. Quasdam etiam alias institutiones necessarias & honestas suprà prædictum fundamentū prudenter ædificantes , contra imminentia pericula sibi præcauētes, addiderunt. Et quoniam nihil magis virtutem religionis conseruat, vbi plures sunt Congregationes & Conventus , quām respectus ad vnum superiorem, qui diuersa sub se membra regit & continet, quasi summum & supremum caput ; semel in anno